Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



hoc iuxta hebreos. & eorum opinionem. ceterum iuxta
symmachum quiinter praeratus est quis eis iuniauit
haec; quem dns dilexit. qui faciet uoluntatem eius
in babylone. & iuxta lxx. transferet semen chaldaeorum;
Addit personam refertur. quiuere dilectus a patre est.
& qui fecit omnem uoluntatem patris. & qui subuertit in
babylone hoc est in confusione huius mundi omnes semen
chaldaeorum. quidemones inter praeratur; Ipse locutus est.
& audiuit filium. & adduxit illum. qui loquitur ad credentes;
Uenite ad me omnes qui onerati estis;
Et audite haec quae a principio in abscondito sum locutus hoc est
per enigmata. & misteria prophetarum. quod cunctis
retro generationibus fuerat ignotum;
Quando fiebat omnia a patre ipse erat cum eo. Cui adgaudebat.
quia iam nunc dicit; Ego qui semper eram
cum patre. & in patre. & sine patre nunquam eram.
& iam nunc loquor; & iuxta fragilitatem carnis adsumptae
dico; Quod ds misereatur me. & spes eius; breuiq:
uersiculo trinitatis nobis ostenditur sacramentum;
Haec dicit ds redemptor tuus scs israhel; Ego ds tuus
docens te utilia. gubernans te in uia quaam bulas; Utinam
adtendisses mandata mea. fuisset sicut flumen
pax tua. & iustitia tua sicut gurgites maris; & fuisset
sicut arena semen tuum. & fetus uteri tui ut lapilli eius.
non interisset & non fuisset adtritum nomen eius a facie tuu mea.
Quisque futura praemittit reddit causas. quare eos prius adfluere
quassiuerit. nequaquam similia patiatur;
si inquit adtendisses mandata mea. Ut lxx transtu
lerunt; uel ceste obtatus affectu. utinam
adtendisses mandata mea;
Quae si fecisses fuisset sicut flumen pax tua.